sam ipsam ad domum suam ut fieri con-
suetum est possit dare comedere sex
hominibus et sex mulieribus ultra illos
de domo et tribus servitoribus. Et
predicta locum non habeant in foren-
sibus preterquam in donando.

Quod sponsus et sponsa non possint
donare munera nisi quantum
presentibus statutis permictitur

Item ordinaverunt et reformaverunt quod
nec sponsus nec aliquis ex consanguine-
is suis nec alia persona pro eo possit
mittere vel portare aliquod genus cal-
ciamentorum sponse nec aliarum pro ea
Nisi tantum unum par calzolorum de panno
lane et unum par calcamentorum
pro ipsa sponsa. Nec ipsa sponsa per se
nec aliquis eius consanguineus possit
nec debeat presentare ipsi sponso nec alii
pro eo vel mittere aliquos pannos lineos
vel canape vel alterius generis ad
dictam penam viginti quinque librarum ut supra
solvendam et applicandam.

Quod notarius qui rogatus fuit
de aliquo matrimonio notificet
potestati

Item ordinaverunt et reformaverunt
quod notarius qui rogatus fuerit de
dicto matrimonio teneatur et debeat
infra otto dies a die rogationis si-
gnificare dictum matrimonium pote-
stati Civitatis Fulginei. Et quod ipse
potestas teneat et debeat subito facta
notificatione mictere pro contrahentibus
dictum matrimonium et eos monere
de predictis quod ipsi debeant observare

Quod transductio sponse notificetur
potestati uno die ante.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod
sponsus et sponsa seu alter pro eis
teneantur et debeant uno die ad minus
antequam ducat dictam sponsam ad eius do-
mum significare domino potestati Ci-
vitatis Fulginei qualiter die sequenti
intendit suam sponsam ducere ad do-
mum suam ad penam decem librarum a
contrafaciente solvendarum et Communi Fulginei
applicandarum. Qui potestas incontinenti
facta dicta notificatione teneatur et
debeat scribi facere per unum ex suis no-
tariis maleficiorum nomina sponsi et sponse
Et ad domos sponsi et sponse debeat
idem notarius accedere singulis dictis
diebus et requirere et videre si contra predicta
dicta vel aliquid predictorum esset in ali-
quo contrafactum et repertos culpabiles
punire et penam exigere de facto et
ad manus camerarii dicti Communis facere
pervenire ut supra continetur

De inquisitione fienda per potes-
tatem de predictis

Item ordinaverunt et reformaverunt quod
dictus dominus potestas teneatur et
debeat vinculo iuramenti de predictis omnem
diligentem inquisitionem facere qualibet
mense pena ducentarum librarum denariorum reti-
nendarum de ultima terçaria sui salarii
per camerarium Communis Fulginei
tempore sui sindicatus si negligens fuerit
in predictis in puniendo culpabiles
ut supra dictum est.

Nota quod sponsalitie cum forensibus
non includuntur in predictis.

Salvo et reservato q si aliquis forensis
ceperit in uxorem aliquam mulierem de
Civitate fulginei q liceat ipi mulieri
⁊ suis consanguineis dare comedere
tam tpre disponsationis q traductionis
omnibus hominibus quos secu duxerit
sponsus. Et etiam sex viris ⁊ sex do
minabus de Civitate pdca. ultra con
sanguineos ⁊ familiam domus sue. Et
q etiam liceat sponso qui traduxerit
aliqua sponsam forensem extra territo
rium dce Civitatis fulginei dare co
medere omnibus forensibus qui venerit
cu dca sponsa. Et sex hominib et
totidem mulieribus de dca Civitate ultra
consanguineos pdcos sine aliqua pena

De grogys ⁊ ornamentis per mulieres. non portandis

Item reformaverunt ⁊ ordinaverunt
q Nulla mulier i Civitate vel comita
tu fulginei possit nec debeat portare
i capite aliquam Coronam. nec i capite
vel in dorso aliquo tpre ⁊ aliquo porta
mento perlas Margaritas lapides pti
osos vel aliquod ornamentum Auri vel Ar
genti seu smaltati pena vigintiquinque
libr denariorum a quolibet contrafaciente
exigenda ⁊ vice qualibet qua fuerit
contrafactum de facto per potestatem Civitatis
fulginei ⁊ Coi fulginei Applicanda

De modo ⁊ numero Argenti et Auri deferendi p dnas i fulgin

Salvo etiam et reservato q ipe domine et
mulieres possint ⁊ eis liceat impun por
tare Corrigiam sive Conam sive schiga
le cum auro vel Argento seu mistim
⁊ bottones i eorum vestimentis argenteos seu
aureos seu Argenteos deauratos. Ita ta
men q computatis bottonibus aureis vel
Argenteis seu mistim ut dictum e cum
Argento seu Auro seu Argento deaurato
qd portaret seu deferret aliqua dnarum
⁊ mulierum i Corrigia seu Cona sive sch
igale non ascendat ultra quindecim uncias
ponderis. Possint etiam ipe dne ⁊ mu
lieres portare Anulos cuiuscumque pretii ⁊
valoris impun et intelligatur Anuli de
dicto pondere quindecim unciarum spealiter

nec possint in ipo pondere computari. Et
potestas dicte Civitatis fulgin teneatur
⁊ debeat vinculo Juramenti singulis diebus
festivis Rimari ⁊ scrutari facere per
ecclias ⁊ stratas dicte Civitatis fulgi
pro contrafacientib i pdictis vel aliquo p
dictorum. Et culpabiles punire pena pdca
totiens quotiens fuerit contrafactum.

De caudis no portandis in vestimentis ⁊ frappis ⁊ francias

Item ordinaverunt ⁊ reformaverunt
q Nulla dnarum ⁊ mulierum In Civitate
⁊ Comitatu fulginei possit aut valeat
portare vel deferre aliquod Indumentum
cum cauda. Nec aliquo vestimento cum
Cauda uti. Et cauda intelligatur ee in
vestimento seu Clamide quando vesti
mentum seu Clamis esset magis longum
seu longha q usque ad continuum tactu
et osculum terre ⁊ traheretur p terram
inhonesto modo. Nec possit portare seu
deferre Aliquod vestimentum cuiuscumque usus
vel forme frappatum neque ornatum cu
francias. Neque possit portare aliquam
Iorneam ad penam vigintiquinque libr den
pro qualibet vice ⁊ a qualibet persona
contrafaciente auferendam de facto p po
testatem fulginei ⁊ Coi fulginei Appli
candam.

De balcis capputeis ⁊ cappellinis no portandis p mulieres

Item ordinaverut ⁊ reformaverut q Nul
la dnarum ⁊ mulierum In Civitate ⁊ Comitatu
fulginei possit vel valeat portare seu
deferre in capite aliquod balcium cuiuscumque
forme. Nec aliquod capputeum seu cap
pellinam aliquam Syrici seu lane aut
franciarum aliquarum. Neque aliqua compositionem
capillorum qui non essent i nati vivi et
naturales proprii capitis deferentis ad
pdictam penam vigintiquinque libr den
a contrafaciente exigendam ⁊ Applicandam

De quanto panno debeant fieri vestimenta ⁊ pena contrafacientium ⁊ vendentium sive suentium ipa · R· xiiii·

Item ordinaverunt ⁊ reformaverunt q
Nulla psona de Civitate ⁊ Comitatu fulgi
seu incola ⁊ habitatore eiusdem faciat

IN dei Nomine amen. Anno domini Mill. Quadringentesimo Septuagesimo Septimo
Indictione xi. Pontificatus S. D. N. domini Sixti divina providentia pape iiij. et
die xvij. mensis Novembris.

Consilio magno Centumvirorum populi magnifice Civitatis fulginei ad mandatum Magnificorum
Dominorum P. populi magnifice Civitatis dicte et Compane magne Communis fulginei Sono
Indicto Congregato et Coadunato in aula Superiori dicti palatij Ut est
de more hec acta sunt.

IN primis Eximius phisicus magister Berardinus magnificorum honorificorum dominorum et Capitaneorum
Priorum Generalis Secundus proposuit et dixit officiales abundanter non
nulli querere: Igitur illis videtur quisque: quod melius duceret Consulere.
Que quidem petitiones he sunt.
In primis circa molendinum domini Cesaris etc. Secundo an [illegible] etc.
Tertio DE PENA LEDENTIUM GRASSERIOS

Super quibus omnibus et singulis ut supra propositis Egregius Sive peritus doctor [illegible]
[illegible] Ser Joannis Antonij dixit consuluit et arengavit: Et quod mo[illegible] etc.
Ad Grasserianos: Et fiat proclama: Nullus Civis Sive cuiuscunque status gradus
aut Conditionis existat: Tam Civis quam forensis aut habitator
aut Comitatinus In posterum audeat vel presumat dicere aliquod
verbum Iniuriosum alicui tam grasserio quam alij offitiali Civitatis fulginei
ex Causa administrationis offitij Sub pena de facto Incurrenda
Ducentorum librarum denariorum: Quam ni solverit cum effectu infra decem dies
Lingua amputetur.

Iniuriantes autem factis Incidant in eandem penam singula singulis
Congrue referendo. Sed pro lingua manus amputetur dextera.
Ad probandum autem huiusmodi Iniuriam sufficiat Iuramentum
Lesi cum uno teste. Et sic per pall. [illegible] albis fuit Statutum
et reformatum non obstantibus. xij. contrariis.

Bannita fuit dicta reformatio in modis [illegible] die dictis mensis et anni etc.

[illegible] M. A. [illegible] Cancellarius [illegible]

Nota pro aliis offitialibus

pena CC librarum

IN Dei nomine amen. Anno domini Millequadringentesimo Nonagesimo Quinto
Ind. xiij. Pont. S. D. N. Domini Alexandri divina providentia pp. vj. et
die vero octava mensis Junij

Consilio magno Centumvirorum populi mag.ci Civitatis Fulginei indicto Congregato et
Celebrato in aula superiori palatij solite residentie M. Dominorum P. populi
Civitatis dicte ad mandatum eorundem et sonitu Campane magne Com.is hec acta sunt

Sebastianus Jannisphilippi ... et Pectinus prior Priorum absentibus propter
egritudinem Magistro Petromarino et Ser liberato, De more in Cetereis
propositum: Spectantes officiales montis ... etc.

PERCVSSORES SOLVANT SVMTVS PERCVSSI

Quibus expeditis fuit solemniter publicatum quedam apodixa cuius forma hec est v3

Magnifici Signori non vene da altro che ogni dì se ... qualcuno: Si non che se
paga poca pena: Per darci qualche freno piu alli malefitij che si fanno:
Sia Reformato Come per lo advenire Ciascuno medico Phisico o chirurgico
che sia conducto dal Commune: Sia obligato fare pagare lo ...
... Cura haverà de percussione da quelli tali che haveranno
facto lo malefitio: Et quando volesse lo Medico o chirurgico Contrafare
cada in pena perdere il suo Salario per un mese. Item siano obligati pagare
La spesa dello Speciale et ogni altra spesa facta per lo percosso. Item che dicti
Malfactori siano obligati pagare al Camorlengo del Commune tanto
quanto per esso ... altrettanto che e montata la provisione del medico
Col ... del medico: Et quella sia libera e giusta provisione del
medico ... havuto. Et che li notarij delle Condemnagioni

COIO QD DEBEATVR

non possino cassare alcuna persona ne condemnagione: Se prima
non hanno dal Camorlengo et Comollo. Et la Com.ta sia satisfacta
et messa ad intrata della Com.ta, Et non habbia havuto dal percosso
e lì sia satisfacto dal percosso con effecto: Altramente perdano loro offitio
Et questo per lo advenire. Ea apodixa ad partitum missa et obtenta per

NOTARIIS PENA

pall. ... albas non obstantibus ... Consilio fuit statutum fuit reformatum
Julij ... dicti anni Joannes ... super ... reformatione ...
... motus est ... una cum Sotijs ... Camere ... M. Angelus Camerarius medius

MEDICI SENIORES FERANT IUDITIU IN HOMICIDIIS

In Dei nomine amen. Anno domini Millesimo quadringentesimo Nonagesimo Sexto: Indictione xiiij. Pontificatus S. D. N. domini Alexandri divina providentia pape vi. die xxiij. Aprilis.

Consilio magno Centumvirorum populi magnifice Civitatis Fulginatis adunato in ... M. Dominorum Priorum populi Civitatis dicte & Camerarii magne Comunis sonu campane ... Conductiarum & Cerbatorum in aula superiori palatii eorum solite residentie de more ...

Magnificus Capitaneus priorum Paulus ... honorifice proposuit de more prout ... Quibus partis proposuit idem Prior esse competam in ... que cum dicatur ab omnibus laudabilem esse: Ergo Consilium illam ... Ea autem hec ad verbum sequitur ...

La principal cosa che fa male arecinare le terre e limpunita de delicti & maxime dell homicidii: Et nisciuno piu sonno ...: chi con Testimonii falsi: chi con Medici ignoranti & prezzo. chi con ... chi con danari vogliono fugire le condemnagioni: ... lui & chi ... li Castigava: Adreconridurre: ... Sono ... piu verchi: ... Testimonio, quando ... mala Cura & simili a lhomicidio ... Et de altri non ...

Li Testimonii non habbino fede per lhomicida & loro auxiliatori: Si prima non Sonno approvati dal Consiglio. Che si uno ... il consiglio non lo approvarra. Et essi sapendo che hanno ... alla bocca de ... homini dabene non ... Et sic ... patt. ... non obstantibus ... consiliis ...

... pub. ... Sotii ...

... M. Angelus Cancellarius

Et Ego Michael Angelus Bellus Iudex & Civis fulginas publicus imperiali auctoritate notarius & nunc ... Magnifici ... p. fulginatis scriba publicus & notarius Reformationum ... omnibus & singulis dum sic ... : Interfui: Ideoque rogatus scribere scripsi ... Signumque meum apposui consuetum In fidem ... premissorum ...



... Michaelis Angeli Cancellarii ... notarii suprascripti

.106

Gui. Raymundus de Centellis
fulginien. ... Gubr.

Domino Potati civitatis fulginij et eius Iudici ac notario malleficiorum Salutem: Nuper fidedignorum relatu percepimus
retroactis Temporibus per precessores vestros multifariam multisque modis malleficia et delicta occultari consuevisse
maxime quia libros et bastardellos solutos sine aliquo Signo retinuerint in omissione Iustitie et grave camere
apostolice preiudicium ac Totius rei publice detrimentum: Nos volentes huiusmodi fraudibus obviare, et ne malleficia tran-
seant impunita providere Sic duximus statuendum quod deinceps procurator fiscalis Seu notarius Camere
in principio cuiuslibet semestris debeat vobis dare et consignare duos libros ligatos et stampatos per singulas
cartas stampa Sancte ro. ecclesie et numeratis Signatos unum in forma bastardelli in quo notulam omnium et
singulorum informationum quorumcumque malleficiorum sicut cum primum ad vestram notitiam pervenerint Seu ad
vos quomodocumque delata fuerint describere Teneamini una cum Testibus desuper vobis datis et ipsorum dictis et
attestationibus Sub pena vigintiquinque ducatorum auri Camere apostolice applicandorum et de vestro salario Retinendorum
quatenus vice qua fuerit contrafactum Et quod dicta malleficia Sint per vos notata Seu descripta ut prefertur in dicto bastar-
dello seu non: Credatur et stetur dicto cum iuramento delatoris denuntiatoris accusatoris Seu querelantis qui
dixerit ipsum malleficium detulisse si in dicto bastardello descriptum non appareat, Alterum vero librum in forma
maiori in quo scribere debeatis et Teneamini omnes processus inquisitionum accusationum et denuntiationum
que ex vestro officio Seu ad alicuius instantiam fieri contigerit, ac etiam sententias per vos desuper ferendas et alia
seu in alijs libris processus et sententias huiusmodi scribere nullo modo presumatis Sub pena predicta ut supra applicanda.
Et quod in fine cuiuslibet semestris Tempore vestri sindicatus dictum librum maiorem et dictum bastardellum
Sindicis vobis deputatis in publicam formam Tradere debeatis: Et insuper ut processus pendentes celerius
et sine dolo valeant expediri et ut videri possint Termini causarum et an expediti sint vel non: vo-
lumus ut ad omnem requisitionem executoris Camere apostolice aut procuratoris fiscalis seu notarij dicte Camere
vestros libros malleficiorum bastardellos et inquisitas iuxta formam constitutionum papalium Sub eadem dicta
pena ostendere et exhibere Teneamini: In quorum fidem presentes fieri fecimus et per nostrum scribam
Subscribi et in volumine statutorum registrari: nostrique Soliti Sigilli impressione muniri mandavimus
Dat. fulginie V. decembris Millesimo cccc° Lxxxxvi:

Idem qui supra Guillelmus Raymundus de Centellis
apostolicus prothonotarius Gubernator manu propria.

∴ Bap: orphinus Canc.:

IOANNES miseratione divina Sancte Marie in via Lata Sacrosancte Romane E.
Diaconus Cardinalis Borgia. Perusie Umbrieque Ap. Se. Legatus de Latere et in Spiritualibus et
Temporalibus Vicarius generalis Vobis magnifico potestati Civitatis fulg. et vestro in offitio Successoribus Salutem, et nostram obtinere mandatis. Cum ut accepimus istius Civitatis fulgin.
Statuto Caveatur: quod qui Civis Comitatinum percusserit Ea puniatur pena Qua statuto
patrie percussi puniendus venisset: Si illum in eius patria percussisset. Et contingat
sepissime post percussi Comitatinj patriam tam longinquam esse: ut ipsius super hoc statuti
notitia haberi non possit. Et propterea delictum necessario impunitum dimitti. Nos ex debito
nostre Legationis officio super hoc providere volentes: Hac perpetuo constitutione valitura
Statuimus Statutum predictum Locum habere quotiens percussi patria intra quinquagesimum
a fulginia miliare fuerit. Quotiens vero longius distare contigerit: Percussor
pena puniri: Qua plecteretur si Civem percussisset: Statuto predicto non obstante Cui per hanc
ipsam Constitutionem in eum derogamus. Quam observari perpetuo mandamus etiam

Vide statuto
[illegible] xiij
[illegible]

Quond delicta hactenus impunita. Ac Locumtenenti nro dicte Comunitatis precipientes ut
ipsam in Cancellaria et in volumine Statutorum Registrari faciat: Quibuscumque i
Contrariis facientibus non obstantibus. Dat. Rome i palatio ap. penultimo Januarij 1498.

Agapytus

Et Ego Michael Agelus Gullus Judex publicus imperialique auctoritate notarius
et Judex ordinarius Nunc au [illegible] ton magnifice Rei. p. fulginatis Scriba et Notarius
Reformationum suprascriptam Constitutionem de suo exemplari hic scripsi
fideliter. Et in fidem suprascriptorum hic me subscripsi Signumque meum apposui
consuetum

Capitoli banitos e Sequuntur exceptione

Mag S. P. & Ornatissimi Consiglieri: Perche lidelicti & lavolunta del mal fare sonno
crisciuti piu chi mai fossero: & pegio chi gia chi haueua facto qualche malefitio fugiua
et ascondeua elsuo peccato quanto posseua & con humilita: ut plurimum: se sforzaua
mitigare Lira iusta de superiori & delli iniuriati uerso de se: Al presente come se fosse
ben facto loccidere: arrobare: iurare: & similia: Tali Scelerati vanno per la ma Citta
& piazze & publicamente Armati & colle arme nude in Compagnie & senza: Menac
ciando ad cittadini: offitiali & superiori: Et non credeno ad recordi ad ammonimenti: ne
Legi se facino in fauore della Justitia colla maturita: Imparando da meglior
Terre & regimenti no simo nui Liquali quisto infrascripto ordine hanno: actio ade
rint peccare mali formidine pene & periculi. Per tanto supplico ad v. signorie
& prestantie adcio lo eterno dio reuochi Lasua ira chi hauesse uerso elsuo populo conce
pta per hauere tollerato tali scelerati: & adcio Lanima pria retorni alsuo vero viuere
Vogliate in questo ornato Consiglio Reformare & stabilire chi ogni uno senza pena &
bando possa tali scelerati homicidi & pub. furoni: Grassatori: Sbanniti & Condemnati fine
in questo di & per lo aduenire da bannirse & condemnarse per simili errori Et quelli no
fossero legitime cancellati dalloro banno & condemnagione occidere & admazzare senza
pena alcuna: Et impremio de quello o quelli occisori: o occisore de tali homicidij o furi
come desopra: Per decreto de questo Consiglio sia ipso facto arbannito & ogni suo banno
& Condemnagione cancellata de qualunqua malefitio fosse condemnato: Et chi quel tal
occisore non hauesse alcuno bando o condemnagione o cella hauesse: Ma piu presto lo
lesse rimettere vno altro condemnato o sbannito de qualunqua malefitio se fosse
chi possa fare rebannire chi ad tale occisore parera: Et cusi damo se intenda rebannito

& cancellato dalla sua condennagione ¶ Et chi uiuo desso nelle forze della corte tal
Malfactore sia ipso facto & li suoi descendenti immuni da ogni affazzoni della nra Citta
Etiam si fosse castello o villa della nra Citta o uero anchi ch alla corte del pota
o officiali del coe d Foligno per decreto d quisto ornato Consiglio dia pieno arbitrio omesse
tutte le sollemnita d ragione possa d facto senza alcuna recognitione & alcuna sol
lemnita iustitiare tali malfactori: Et chi no sia ad sindicato: Et ch p suo premio
damo se intenda ch habbia da qsta M.ca Citta lo stendardo dello honore como
e usanza dare in altri lochi al pota in pmio delli suoi benemeriti: et tal Reformanza
voglimo v. 8. & pstanti farla dalli nri superiori confermarla. Farrite adunqua cosa
ch serra salute d qsta pria qn cusi facciate grata anco allo eterno Dio: Altramente fa
cendo nel di dello iuditio io denanti al iusto dio ne demandaro con Voi Justitia :~:
E sic per patt. Li albas fuit obtentum no obstan xv Contr & similr statuti & Re
formatis

IN DEI Noie Amen Anno D. MCCCCLxxxxviij Ind a j Pon. S D N
D. Alx divina providentia PP VI & die x mensis octobr

CONSILIO magno d more celebrato indicto & congregato d Centumviris ad man.tum M. D. P.
Populi Ciuitatis Fulginie & Campane Magne sonum in aula superiori cons solite residentie
servatis servandis hec acta sut vz.

PREfatus caputprior Paulus magri Honofrij de more proposuit & dixit post proposita d pace
aut Indutijs cum Balleonibus procuranda esse inventa in Tamburo apodixam quanda: Cuius
tenor infra sequitur

Lucretia Borgia d Aragonia Ducissa
Vigiliarum Spoletj: Fulginie q3 ~: Gubernatrix

Experientia & facto probauimus vidimusq3 Scelestos in Provincia & Regimine nobis comisso
& maxe in Civitate Fulge con bonos gravesq3 viros insurrexisse & divino timore ab his
minime cessasse: Igitur formidine pene & in tali casu leges transgredi opus esse non
comperimus: Tenore psentium omni meliori mo: via: forma: & ca qbus validius possumus
& debemus supradictam legem p Consm dicte Ciuitatis Fulginie composita & sanctissime
pro cultu Justitie ordinata Approbamus confirmamus & in qntum opus sit d novo facimus
componimus & decretamus Eamdem In cuius rei fidem has ptes fieri fecimus sub impos
sitione nri sigilli: Dat in Arce Spoletana die x Septembr MCCCCLxxxxviij

Et Ego Michael Angelus Grillus Judices pubs imperialiq3 aut Chrystophanus piccinnus Canc.
Civitate nots & Jud ords: Nunc aut mag. Cois Fulge Conrs & nots Reformationum
supradicti legi & reformationi dum sic fierrent in Consilio pfato: intfuj. eamq rogat
scribe scripsi & publicavi: Et ex meo originali exemplarj hic p aliu Tabellionem D
Fulginiu filiu meu transcribi fecj una cum supradicta Confirmatione: Et collatam
Cum ipsis exemplarib: Quia concordare inveni: subscripsi & publicavi Signu nomq
meum apponens consuetu in fide & robore pmissorum omnium & singulorum


Signu mei Michael Angelj Conrij & notarij supradicti

IACOBVS inspiratione divina tituli S. Vitalis Ste Ro. E. presbiter Cardinalis Arborensis Perusin. etc. Apostolice Sedis Legatus. Relatione fidedignorum Comperimus quod primitus pre(de)cessores quorum dam Stri Cois et populi Civitatis fulginie disponentium dies intelligi feriatos et iustitium indictum dum officiu solemnia in ecclesia fulginatum celebrantur et campane ad officium duplex pulsantur Causas pendentes coram ordinariis tribunalibus rumore perpetuo et immortales quodammodo fieri ipsos in litigantium detrimentum ut premium cedere qui minus finem litigii videre possint. Et quandoque dissidentes post finale iustitie complementum eorum circa derelinquunt. Et licet dicta statuta videantur in honorem dei emanata. Tamen considerantes quod et honor dei in consultatione iustitie pauperum etiam consistit. Et quod sic et voti satisfieri et honori dei et intentioni statuentium et relevationi litigantium modis infrascriptis. Ex apostolica motu proprio et ex certa scientia motu et primis auctoritate nostre legationis statuimus et determinamus dies feriatos quoad ius reddendum in Civitate predicta in futurum intelligi debere tantummodo illos dies qui custodiri mandantur in ecclesia Ro. et iure Canonico et Constitutionibus provincie ac forma municipali exceptis dumtaxat dictis diebus Indictis in dictis statutis pro officiis duplicibus et duplici sonu campanarum dicto tertio in quibus dumtaxat volumus post ius dici in dictis tribunalibus post finitum ipsum feriatum duplex ut sic post honorem exhibitum deo in solemnibus et exhibeatur postea reddendo iura litigantibus et causarum expeditionibus dictis statutis in contrarium disponentibus non obstantibus. Et hanc nostram constitutionem Reformationem et decretum volumus ad perpetuam memoriam in Archivijs prius dicte civitatis Registrari ac conservari et in volumine ipsorum Statutorum per Scribam publicum dicte Civitatis transcribi. In quorum fidem presentes fieri et nostro solito sigillo muniri iussimus. Datum fulginie quinta aprilis. 1501.

Mar. Maurocenus Secretarius

Et ego Michael Angelus Gallus Iudex publicus Imperiali auctoritate notarius ac fulgineus ordinarius nunc autem magistrorum Rei publice fulginatis Scriba prius et notarius Reformationum predictis omnibus et singulis dum sic fierent interfui. Ea que rogatus fuerat de suo hic exemplavi. hic mea manu transcripsi et publicavi Signumque meum apposui consuetum in fidem et robur premissorum quia cum ipso exemplari collata cum illis concordare inveni.



Signum mei Michaelis Angeli Gallus notarii subscripsi

Nos decemviri etc. Anno domini Millesimo Quingentesimo primo tempore Ss. D. N. domini Alexandri divina providentia PP Sexti et die vigesima sexta mensis predicti Consilio magno Centumvirorum pro Rei publice Civitatis fulginie administratione M. D. Priorum presente Gonfaloniere et Communis magistrorum Consilio subito convocato et celebrato de more in aula superiori palatij eorum solite residentie de mense supra etc.

Magnifici capitanei priores prior Magister Frederici perquirere sustinentis firmandi proposuit et dixit in Capitula xambuxes esse recepta infrascriptam apodixam: qualiter quisque prius consensu confirmare et iustum decretum. Ipsa apodixa ut verbi pro verbo sequitur etc.

Mag. S. glia legge. Et fu facta della pruova de testimonij dell'homicidiarij e sbandeggiati de lo bene de fulegno ma li se trovano la malitia che l'anno fuora de fulegno essare tal che li preti dico che pla duenne in perpetuo Nessuno de fulegno sia discretto o contrado che uenisse accusato de cosa d'homicidio possa sentire ne possa nessun possano examinare testimonij: Et se forono examinati altramente no vagliono: Salvo quelli che fecono appariti nel consiglio grande de fulegno: tanto se sieno in fulegno tal pedicio quanto de fore in altro loco. Et si alcuno fusse absoluto con la forma de ossa reformanza no vaglia: Et debbia essere sbandito come prima. Et chi se debbia prosequire Sotto la pena alla podesta et allo judice alliquali lui venisse advocatio tal no valida absolutio Ducati Cinquanta doro per la meta applicata alla Camera apostolica per la meta alla fabrica del palazzo de S. Giorgio.

Testimoni homicidiarij ubi debeant examinari

108

Item che qualunche commissione i(n) favore del homicida se facesse i(n) fuligno o altrove Principalmente quello
Commissario o Judice sia obligato et degga fare citare la Citta de fuligno per linteresse
suo ad prevedere le sue Ragioni contra quello tale Com(missario) loquale se procedera sotto la dicta
pena applicata alla ~~Camera~~ Comune de sopra. Et se altramente se fa non vaglia et
deggase justitiare quello absoluto o suspeso o circumdato / Como se alcuna commis-
sione non havesse havuta et nisciuno acto ce fusse facto. Et li S. Priori non possino

Contras Citanda

promettere ne parlare per esso Sotto la dicta pena

Et per bon respecti la pace del homicidio de fuoristiei non se possa fare como ce facta
fine ergua. ma se degga fare in Consiglio per lo Sind(ic)o del Co(mun)e. Et venire
fare banditela: Qua apodixa non parte [illegible] obtenta per patt. [illegible] non
obtente. Quinque Com[illegible] sir [illegible] fuit et reformata

Et ego Michael Angelus Bellus Judex [illegible] [illegible] notarius et [illegible] [illegible] nunc [illegible]
[illegible] [illegible] Com(mun)is [illegible] Reformationes predictas dicti [illegible] [illegible] sic [illegible] [illegible]
[illegible] scribe scripsi et publicavi Signum nomine meum apposui consuetum in
fidem premissorum ex uno exemplari originali hic mea manu transcripsi [illegible]
Tomum et omnia concordantia

Signum mei Michaelis Angeli [illegible] notarii [illegible]



Breue Sixti PP. IIII. Quod homicide non admittantur ad defensiones nisi personaliter

SIXTVS PP. IIII.

Universis et singulis potestatibus Judicibus et officialibus Causarum Criminalium in Perusin. Tudertin. fulginaten.
Spoletan. Assisinaten. Nursin. et aliis Civitatibus terris et locis Legationi perusin. subiectis nunc et pro tempore
deputatis Salutem et apostolicam benedictionem. Accepimus fidedigna relatione non sine animi displicentia Incolas Civitatum ter-
rarum et locorum nostre Jurisdictioni subiectorum eo promptius retrohactis temporibus homicidia commisisse et Indies com-
mittere quia post illa Comissa admissi fuerint et admittuntur ad proponendum coram vobis per alios varias excu-
sationes: quibus mediantibus suorum excessuum penam evitarunt et evitant: Volentes igitur huiusmodi temerariis et pravis
ausibus obviare: Vobis districtius harum serie Inhibemus ne de cetero quempiam ad defendendum eos contra quos per vos
procedi contigerit quoquomodo super homicidio per eos ut eis mandantibus auxiliantibus consulentibus aut alias quomodolibet
faventibus perpetrato In principali aut appellationis ut alterius recursus causa et ut procuratorem cum speciali mandato
vel ut defensorem aut patrem et legum administratorem pro proprio ut filiorum minorum: seu ut coniunctam personam vel
Curie nostre procuratorem aut alio quovis modo Comparentem aliquo pacto admittatis Sub pena privationis officiorum
vestrorum et perditionis debiti pro illis vobis Salarii per vos et vestrum quemlibet eo ipso Incurrenda Decernentes nihilominus
Irritum et Inane quicquid secus super his contigerit attemptari ac Volentes ea in Comissis et que Comitti contigerit
imposterum homicidiis ac Inchoatis et pendentibus et per appellationem et Inchoandis processibus firmiter observari.
Datum Rome apud Sanctum Petrum Sub annulo piscatoris die xxiiii. Maii. Mcccclxxxiiii. Pontificatus nostri Anno
Tertiodecimo.

L. Grifus.

seu fieri faciat aliquod vestimentum,
seu clamidem in quo sive in qua esset
maior quantitas panni quam duodecim blacchi
orum ad blacchium fulginas ad penam p
dictam ut supra exigendam ⁊ applican
dam. Et liceat cuilibet in dicta civitate
⁊ eius comitatu facere ⁊ fieri facere ac
portare indumenta supra concessa ⁊
non vetita in quibus proquolibet sit pan
nus duodecim blacchiorum ad blacchium p
dictum ⁊ ab inde infra sine pena et
banno. Et quicumque sutor seu sutrix
incideret seu sueret aliquod vestimen
tum seu clamidem de maiori quantitate
panni quam in presenti ordinamento decla
ratum sit incidat eandem penam quam
incederent facientes fieri ⁊ portantes dicta
indumenta vetita auferendam similiter
de facto per potestatem Fulginei ⁊ Com
munii Fulginei applicandam

Reservatio de balçittis ⁊ fran- cijs in collarettis ⁊ manichittis. Rb. xviiii.

Reservato etiam et salvo quod domine ⁊ mu
lieres possint in dicta civitate ⁊ eius
comitatu portare balzittos supra pan
nittos honeste forme ⁊ sine aliquo orna
mento. Et possint etiam portare fran
cias in collaretto vestium ⁊ in manichittis
honesti modi ⁊ honeste grossitudinis

Quod nemo portet detectum suppracellum circa sine ghelleri

Item ordinaverunt ⁊ reformaverunt quod nullus
iuvenum in dicta civitate Fulginei pos
sit portare suppracellum copertum sive
detectum nisi esset longitudinis usque
prope genua ad medium pedem ante vel
aut portaret ghellere quo coperiretur
suppracellus a centura infra usque ad se
llam (?) animus ad penam decem librarum
proquolibet contrafaciente ⁊ qualibet vice ut
supra auferendam ⁊ applicandam.
Super quibus omnibus ⁊ singulis supradictis
potestas civitatis Fulginei faciat ser
vari ⁊ firmari ⁊ repertos sive repertas
culpabiles punire de facto penis predictis
Et habeat quartam partem penarum quas de
predictis venire fecerit in Communi predicto.

De corrutis et sepulturis mor- tuorum et modis tenendis in eis. Rb. xxi.

Item ordinaverunt ⁊ hoc inviolabili de
creto sancientes reformaverunt quod
Nulla persona cuiuscumque gradus con
ditionis aut status existat de civitate
⁊ comitatu Fulginei aut habitans in
eisdem audeat vel presumat decetero
tempore ⁊ die mortis funeris ⁊ sepul
ture alicuius induere se aliquo indumento
vel vestimento viduali nisi tantum uxor
mortui vel defuncti. Et contrafaciens in
predictis puniatur in quinquaginta libris denariorum
Communi Fulginei applicandis a contrafaciente
quolibet ⁊ vice qualibet irremisibiliter
exigendis. Salvo quod ottava die post
funus ⁊ sepulturam defuncti possint
proximiores ⁊ in propinquiori gradu at
tinentes defuncto coparere ad vestimento
luctuali vel viduali ⁊ ipsum luctuale si
ve viduale vestimentum portare. Et
quilibet sutor sive sartor incidens si
ve suens talia vidualia vestimenta vel
aliquod ipsorum contra formam presentis refor
mationis ⁊ ordinamenti in decem libris denariorum
pena vice qualibet qua contrafecerit pu
niatur proquolibet indumento quod inciserit
seu suerit. Quarum penarum tres
partes applicentur Communi Fulginei et
reliqua quarta pars applicetur potestati
executionem facienti vel fieri facienti
de predictis vel de omnibus que ipsorum
occasione pervenire fecerit in Communi
predicto. Et teneatur ipse potestas de p
dictis singulis mensibus inquisitionem facere
et culpabiles punire in dictis penis
accipiendis de facto sine aliqua remissio
ne. Et si fuerit negligens ipse potestas
puniatur ipse seu sindicatus in centum
florenis auri per camerarium Communis Fulginei de
suo salario retinendis. Non derogando
propterea aliis statutis ⁊ reformationibus
dicti Communis disponentibus de hac materia

De quantitate Cere que potest haberi ⁊ dispensari ad funus.

Item statuendo reformaverunt et ordinaverunt quod tempore quo aliquod corpus portabitur ad funus sive sepulturam non possit portari seu haberi inter duppleria et candelas nisi usque in triginta libras cere ad plus et ab inde infra. Et candele que dabuntur distribuantur ad domum defuncti per personam secularem et laycam ordinibus consuetis inter sacerdotes et clericos sotiantes dictum corpus ad ecclesiam in qua esset sepeliendum.

Qui presbiteri fratres monaci vel religiosi interesse possint sepulture et qualiter

Item ordinando reformaverunt et deliberaverunt quod in sepultura et tempore sepulture corporum que sepellientur in aliquo loco monacorum fratrum vel religiosorum dicte civitatis non possint interesse funeri et sepulture nisi tantum monaci aut vel religiosi illius loci in quo corpus sepellietur. Et similiter presbiteri seculares non possint interesse. Et si corpus sepellietur in aliqua ecclesia seu loco seculari tali funeri et sepulture possint interesse omnes presbiteri et clerici seculares de dicta civitate et comitatu. Et fratres Sancti Petri de pusterula et non alii monaci fratres vel religiosi. Qui fratres Sancti Petri predicti sint inclusi et intelligatur in numero presbiterorum secularium.

De oblationibus non faciendis octava die post sepulturam alicuius defuncti

Item ordinaverunt et reformaverunt quod oblationes que sonte fiant fieri in capite otto dierum post sepulturam defuncti non fiant nisi tantum in ecclesia ubi corpus sepellietur. Et contrafaciens in predictis vel aliquo predictorum puniatur vice qualibet de facto per potestatem dicte civitatis in viginti quinque libris denariorum. Et potestas qui de predictis executionem fecerit habeat quartam partem pene videlicet totius eius quod de predictis penis venire fecerit in communi Fulginei. Et cetera.

Lecta ordinata deliberata reformata et autenticata fuerunt predicta ordinamenta decreta et statuta et quodlibet predictorum per supranominatos dominos vicarium et priores ac sex bonos cives electos et hitos ad predicta

Consilii generalis communis et populi civitatis Fulginei prout supra legitur et apparet. Et scripta et publicata per me Benedictum notarium et cancellarium infrascriptum de mandato supradictorum dominorum vicarii priorum et bonorum civium tempore et cetera.

Et ego Benedictus dominici de Forchettis Sabin. dioces. publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc cancellarius communis Fulginei predictis omnibus et singulis presens fui. Et ea rogatus scribere scripsi et publicavi meoque solito signo signavi.



Nomine dñi Amen. Anno dñi a Nativitate
eiusdem Millesimo quadringentesimo quadragesimo
quarto Indictione septima tempore Sanctissimi in
xpo patris et dñi nostri dñi Eugenij divina
providentia pape quarti et die [illegible] mensis
aprilis

A D honorem laudem et reverentiam omni
potentis dei et sue gloriosissime matris
beatissime virginis Marie beatorum Apostolorum petri
et pauli et aliorum Apostolorum. Ac Beati Feliciani
martyris protectoris defensoris et gubernatoris
communis et populi Civitatis Fulginei et [illegible]
rum Sanctorum et Sanctarum celestis curie. Et ad
honorem et reverentiam sacrosancte romane [illegible]
tis ecclesie et Sanctissimi in xpo patris et dñi
dñi Eugenij divina providentia pape quarti et
reverendissimorum cardinalium et [illegible]
[illegible] et ad honorem [illegible]
[illegible] Mag.ci et Cl.mi Militis
dñi Francisci Caraccioli de Neapoli Fulginei et
nonnullarum aliarum terrarum castrorum et locorum pro
S.mo dño nostro papa et sacrosancta romana ecle
sia Gubernatoris etc. Et ad augmentum [illegible]
[illegible] Comunis Fulginei
et pacem [illegible]
et [illegible]
[illegible]

[illegible] et nobilibus viri p

Ad honorem laudem & reuerentiã omni
potentis dei · eiuſq; glorioſe uirgi
nis matris Marie · & Beatorum apo
ſtolorum Petri & Pauli ac glorioſi
ſſimi martiris Sancti Feliciani ca
pitis & protectoris Magnifice Ciui
tatis & populi fulginatis · Ad ho
norem ſtatum triumphũ & exalta
tionem Sacroſancte Romane Eccleſie
& S.mi in chriſto patris & Domini noſtri
Domini Nicholai · diuina clementia
pape quinti · Et Magnifici & illu
ſtris Domini dom. C.° Lucenſis
Mag.ce ciuitatis fulginei Sp.ti & cet.
Gubernatoris digniſſimi · Pacem uni
onem : tranquillitatem & perpetuam
felicitatem populi & ciuitatis predicte ·

Nicola V

NOMINA MAGNIFICORV̄ · DNOR̄ PRIORVM ET CIVIV̄ STATV-TARIORVM SVNT ISTA ·

Spectabiles ac nobiles uiri Piermatheus
Saluori emiliani · Galaxius petrutii ·
Ser Angelinus Ser pauli · Michael
angelus honofrii bernabonis prio
nonellus · Alexander renzi de ſco
cracchio · Iohannes laurentii de ſegio ·
Magnifici domini priores populi ci
uitatis fulginei · Nec non preſtatis
ſimi ciues Dominus Iacobus nico
lai de braccolis · Magiſter honofrius
magri Petri phiſicus · Dominus Guido
de ... · Dominus Matheus de gen
tilibus · Rinaldus luce de ...
Peregrinus iohannis petri · Nicolaus
martini · Petrus francisci cioli · Ian
filippus petrutii de Rabboinis &
Anthonius pierangeli de becafumis

in palatio reſidentie preſatorum dominorum priorum
unanimiter & concorditer exiſtentes : ipſorum
nemine diſcordante · QVONIAM ſuper
fluos inmoderatoſq; corporis ornatus inmortalis
rerum omnium creator deus odit & prohibet :
Vult enim hominis decorem non in corpore
quod uniq; caducum eſt : & fragilitati mortiq;
obnoxium · Sed ſuum illi decus & ornatum
in animo ponendum ſtatuit · qui & inmortalis
eſt : & ab deo ipſo ducit originem : Quem ſi
purum & integrum a mundanis inquinamentis
ſeruauerimus : certa nobis in celo merces eſt
conſtituta ab ipſo deo : qui nos iubet terre
nas omnes labileſq; illecebras conſtanti pectore
calcare · Vt pro breuibus ac fugatoriis bonis :
in celeſti regno eterne & incomparabilis fe
licitatis gaudio potiamur · Siquidem or
namenta huiuſmodi malorum morum ac
uitiorum irritamenta ſunt · que fallaci fucataq;
formoſitatis ſpetie captos animos : nocentiſſimis
q; luxurie laqueis implicatos : ad eternã ſepe
dãnationem aduerſario humani generis ope
rante perducunt · Quocirca cauendum eſt
ne dum irritabiles huiuſcemodi formas
uanitateſq; ſequimur : animas noſtras ge
henne ac ſathane mancipemus · Cuius pom
pis in ſacro baptiſmatis lauacro : ſecundũ
chriſtiane fidei ſacramenta abrenũtiauimus ·
Cumq; in ciuitate fulginei huiuſmodi orna
tus exceſſiue multiplicauerint : obſoletiſq;
iam ciuitatis moribus mulieres ac iuuenes
non contenti patrie cõſuetudine · in dies
exquiſitiſſimos peregrinoſq; ornatus certa
tim habere contendant · Quo fit : ut ma
gna ſalus animarum exinde ut dictum eſt
ueniat detrimentum · Quin ymo & bonorum
temporalium ... hominibus

proueniant. Eamobrem ut
dannabilibus hiis abuſionib9
iuſta lege finis imponatur: &
& dannoſiſſimis diſpendiis
equa modificatione ſuccurratur:
prefati Magnifici Domini pri
ores populi ciuitatis predicte
conſulte deliberateq; motu ipoꝝ
proprio: & uoluntate & decreto
Venerabilis conſilii de Centum
dicte ciuitatis: habitis ſupe
rinde opportunis cōſultatio
nibus: & etiam ſuaſu & hor
tatu Venerabilis patris fratris
cherubin de nigroponte: ordi
nis minoꝝ Sancti Franciſci: q
per idem tempus in dicta ci
uitate uerbum dei accuratiſ
ſime euangelizabat: una cū
ſupranominatis ſpectabilibus
ciuibus: ad hec de p̄miſſi cōſilii
decreto conuocatis: ſanctiſſima
hec ordinamenta & ſtatuta
ſuper ornatibus & uanitatib9
ſupradictis: aliiſq; infraſcriptis
prohibendis & modificandis:
ſtatuenda & ordinanda cenſu
erunt. Que ab omnibus inuio
labili lege ſub infraſcriptis pe
nis obſeruari mandauerunt.
Que quidem ſtatuta poſtquam
mature edita diligenterq; co
ſcripta ſunt: per me de man
dato dictorum dnoꝝ in dicto
conſilio lecta & explanata fuerīt.
& tanq̄ honeſta: utilia: ac obſer
uatione digna: omnibus fere conſi
liariis placuerunt. Miſſoq; tandem
ſolenni partito ad buſſulas & pallu
ttas ut moris eſt: per idem cōſiliū
potiſſimis ſuffragiis ſolenniter ap
probata & confirmata fuerunt. An
no Dominice natiuitatis Millesimo
Quadringenteſſimo quinquageſſimo
quarto. Indictione ſecunda. Sub
Pontificatu Sanctiſſimi in christo
patris & Domini noſtri Domini
Nicholai diuina clementia pape
Quinti Die   menſis Aprilis.

DIE uero palmarum XIIII eiuſdem
menſis: in celeberrimo dicte urbis
foro: cum eodem frequentiſſimus
populus ad diuinam predicationē
Venerabilis patris predicti cōueniſſet:
de mandato dictorum Dominoꝝ:
eadem ſtatuta per me notarium
& Viceecancelarium īſcriptum alta
& intelligibili uoce lecta uulga
rizata & publicata fuerunt
que ſunt huiuſmodi. Videlicet

1454

INPRIMIS STATVENTES
ordinauerunt q̄ nulla mulier cuiuſ
cumq; ſtatus gradus aut conditionis
exiſtat: in ciuitate fulginei cōmorans
uel familiariter habitans: poſſit nec ei
liceat aliquam ueſtem uel mantellum
aliquod: aut ueſtimentum panni auri
uel argenti: aut brochati de auro uel
argento: neq; aliquod genus uelluti
uel ſerici per ciuitate fulginei portare.
Nec etiam camorram uel ſuccham ſeu

111

armentum de uelluto seta sirico uel bro
cchato. Aut se eis aliquo modo ornare.
Sub pena quinquaginta librarum den.

ITEM quod dicte mulieres possint libere
et impune portare manicas de uelluto
affixas earum caminitis. Dummodo non
sint broccati de auro uel argento: cuiuscumque
coloris. Et similiter balzum
altitudinis quinque digitorum et non
plus. Pena decem lib. den.

ITEM quod dicte mulieres non possint
portare aliquod uestimentum quod
trasinetur per terram ultra unum submissum.
Ad penam. L. lib. den.. Et simi
liter intelligatur de mantello.

ITEM quod dicte uestes muliebres possint
esse foderate in manicis apertis tantum.
Videlicet de sennato. seu tafettano non
autem de uelluto seu damaschino non
zambelotto uel aliqua alia spetie serici
Et non possint etiam esse foderate de
martinis zebellinis ladittiis: armel
lini: dossis et pancis [illegible]: Sub
dicta pena.

ITEM quod nulla mulier de dicta ciuita
te et comitatu fulginei: seu in dicta
ciuitate familiariter habitans: possit
portare in capite uel in dorso aliquod
racamen de auro: argento: perlis seu
seta uel serico seu aliis iocalibus. Sub
dicta pena.

ITEM quod nulla mulier possit portare
fiectam uel [illegible] cuius textus
excedat ualorem trium ducatorum. Sub
pena decem libr. denariorum.

ITEM quod in dicta fiecta seu textuto non
possit apponere seu apponi facere
ultra mediam libram argenti. Sub
pena uiginti quinque librarum denariorum.

ITEM quod nullus de ciuitate et comitatu
fulginei qui deinceps duxerit uxorem
et habuerit trecentos florenos in dotem
uel etiam a trecentis florenis supra:
possit expendere in ornamentis dicte
sue uxoris, omnibus computatis: nisi
centum florenos. Qui autem habuerit
a trecentis florenis infra: non possit
expendere nisi tertiam partem dotis
uere et non simulate. Sub pena. L.
florenorum. Et de hoc debeat deferri
iuramentum, per officiales comunis ful
ginei, partibus scilicet dotanti et ei qui
recipit dotem. Ut debeant dicere ueram
quantitatem dotis. et non simulare
in fraudem huius ordinamenti.

ITEM quod nulla mulier possit portare
aliquem textutum seu fiectam broc
chatum de auro uel argento: quod textu
tus seu fiecta sit maioris extimatio
nis trium ducatorum ut supra. Nec etiam
aliquod racamen in aliqua parte sue
persone. Sub dicta pena decem li
brarum denariorum.

ITEM quod possint portare inter maglie
ttas seu bottones de argento: et cuppertas
affigendas in collarinis camorre
tantum: uncias quattuor argenti.

ITEM quod nulla mulier possit nec debe
at de cetero portare aliquam collanam
de argento puro uel deaurato: perlis:
gioellis: uel racamo seu auro. Sub
pena xxv. lib. den.

ITEM quod nulla mulier possit portare
in capite baltium broccchatum de
auro uel argento. Nec etiam racca
matum perlis: uel aliis iogiis ornatum.
Sub pena quinquaginta
librarum denariorum.

ITEM q nulla mulier possit portare ali
quam iurneam de seta uel panno seu guarn
nello uel aliqua materia frappatum uł
ñ frappatũ. Sub pena predicta. Liceat
tamen illis portare lucchum nõ frappatũ.

ITEM q nullus sutor possit ponere uel i
mmictere in aliqua camurra alicuius mu
lieris ultra quatuor uncias bombicis. Sub
pena Viginti quinq; libr. den.

ITEM q nullum uestimentum muliebre
fiat de maiori quantitate panni xiii.[m]
brachiorum. Ad brachium comunis ful
ginei. Pena xxv. lib. den.

ITEM. q nullus sutor seu aurifex possit
contra predicta facere aliquo modo uł
uenire. Sub pena. L. lib. den pro q̃libet
& qualibet uice qua contrafaceret.

ITEM q siqua mulier contrafaceret in
predictis uel aliquo predictorum. & repta
fuerit per officialem comunis cõtra
predicta uel aliquod predictorum deliqisse.
q pena debeat persolui de dote ipsius
mulieris. & de eius dote intelligatur
soluta dicta pena.

ITEM q nulla persona possit uel debeat
facere conuiuium & dare ad comedẽ
dum conuiuatis nisi una die tantum.
v3 prandium & cenam. Sub pena
xxv. librarum denariorum.

ITEM. q de cetero nulla persona nec ali
quis consanguineus uel affinis. debeat
facere aliquam crustatam mortarolum
sine tortam & mittere ad domũ sposi
ducentis uxorem. Sub dicta pena

ITEM q in donamentis que fiunt per
sponsum tempore quo uadit ad dona

dum uxorem. nõ debeat fieri [illegible]
planelli illis de domo sponse nec alicui
ex cõsanguineis ipsius sponse. Sub pen.
Viginti quinq; librarum denariorum.

ITEM q nulla persona de ciuitate fulginei
de cetero audeat nec presumat mittere
ad domum alicuius mulieris tempore
partus ipsius mulieris, cinnam coltri
ciam uanciatos fallias & alia cõsimi
lia. Sub pena xxv lib denariorum.

ITEM q nulla persona de ciuitate ful
ginei uel in ea cõmorans nec aliquis ali
possit nec debeat facere & fabricare nec
fieri facere in dicta ciuitate & comi
tatu fulginei datos nec cartas aptos
ad ludendum nec eos uendere nec tenere
ad uendendũ in dicta ciuitate & cõmitatu
fulg. Pena decem librarum denariorum.

ITEM q nullus iuuenis uel [illegible] masculus
de ciuitate fulg. possit portare aliquam
[illegible] cũ aliq̃ racamato nec etiã cũ aliq̃
[illegible] de argento seu de racamato.
Sub pena xxv. librarum denariorum.

ITEM q quilibet notarius [illegible]
dicte ciuitatis fulginei teneatur & debeat
infra xv. dies proximos habere copiam
harum ordinamentorum & eas scribere
& in librum statutorum suorum apponere.
Sub pena xv librarum Denariorum.

ET VT sanctissima hec ordinamenta &
statuta ab omnibus inuiolabiliter ob
seruentur: potestas ciuitatis fulginei &
eius officiales teneantur & debeant uin
culo iuramenti & pena. c. librarum denar.
de suo salario persoluendorum. Pro pre
dictis & quolibet predictorum inquirere



[illegible] culpabiles
[illegible] nare. Quar
[illegible] processe et sit eam
[illegible] et officiales
[illegible] facientes. Que
[illegible] processu
[illegible] officiales
[illegible] nec de pre
[illegible] priores populi ci
[illegible] gratia
[illegible] cui
[illegible] ca
[illegible] et debeat
[illegible] iurame
[illegible] predicta
[illegible] observare
[illegible] quolibet
[illegible] dicte ci
[illegible] priores teneantur
[illegible] Pote
[illegible] facias
[illegible] pre
[illegible] comunis
[illegible] dicte dic
[illegible] Do
[illegible] di [illegible]

[illegible] pubens
[illegible] et iudex
[illegible] resre
[illegible] Mag
[illegible] mento
[illegible] misham
[illegible] vidi
[illegible] Si
[illegible] apposui
[illegible]
[illegible] M

Magnificat [anima] mea dominum
Magnificat [anima] mea [dominum]

Omnium [illegible] mee [illegible]
adversus meos [illegible]

Magnificat anima mea dominus
et exultavit spiritus meus in deo
salutari meo. Dixit manus [illegible]

Magnificat [anima] mea dominum

go Johannes

go Johannes

Ego Johannes germanus [illegible]
procias imperiali auctoritate



SILVIUS: Miseratione divina tt. s^ti Laurentij in Lucina
s.r.e. presbiter Car.lis Coronen. Perusie Umbrieq. ac Fulgin. etc. sedis ap.lice Legatus de latere.
Cupientes Civitatem Fulginie, quam peculiari charitate prosequimur, eiusq. cives incolas et
habitatores et districtuales ad iustitie cultum publicamq. quietem reducere, et quoad fieri possit
eandem facinorosis discolisq. purgare hominibus ut in pace suis et publicis et privatis negotiis
in ea degentes ad S.mi D. N. pp. et sce Matris Ecc.e Statum et obedientiam vivere possint, que se-
quuntur duximus statuenda decernenda et reformanda vz.

Quia experientia comprobatum est numerum Viginti probor. viror. alias a Communitate Fulginae ad reprimen-
dam facinorosorum insolentiam iustitiamq. ac pacem in ipsa civitate conservandam et ad officialium S.mi
D. N. favorem institutum, ac successive per R.mum Dnum D. meum Antonium de Monte tt. sce Praxedis s.te R.
Ecc.e Presbiterum Car.lem tunc legatum instantia eorum plurimum ad premissa prodesse illumque ab executione
officii cessavit, decrevimus et per presentes decernimus denuo eligendum et de novo deputandum in solitis facul-
tate et potestate aliisq. in his Patentibus R.mi D. legati desuper editis et in eis contentis conditionibus,
numerum et officium Viginti virorum Statuimus in eadem civitate perpetuo duraturum et iuxta formam et
modum consuetum ad illa Viros probos a viris singulis eligendos etc. Volumus insuper ut numerus predictus assistat
et omnimodam de omnibus rebus publicis et de illis que in eo acta sunt et que expedienda ac agenda remanserint
plenam habeat notitiam, ut quolibet anno remaneant in eo quinq. ex illis qui proximo anno fuerint in officio
eligendi et deputandi per nos et successores nostros p.tempore existentes vel de mandato nostro speciali commissione per
Gubernatorem seu locumtenentem tunc existentem ... ac per ... in dies in eligendis
... qui deputentur remaneant ... per Superiorem ut prefertur.

Etiam ad repressionem et punitionem malorum officialium vires interdum non sufficiunt. Volumus et decer-
nimus dominos Priores Civitatis Fulginie et Viginti predictos sub pena centum ducatorum auri pro quolibet
... ap.ce applicandorum obligatos esse et teneri ad omnem requisitionem Gubernatoris seu locumtenentis
pro tempore existentis personaliter curie et officialibus assistere et populum et homines civitatis respective
... in favorem curie et iustitie armare et congregare et cum illis ad executionem ... ...
... personales fuerint et si domus demoliende vel incendende aut aliud quid pro
salute et conservatione civitatis faciendum et exequendum fuit, liceatq. ipsis Viginti etiam ipsorum ... suo
... cives mandare sub pena pecuniaria de qua eis videbitur, dummodo summam Viginti quinq.
ducatorum non excedat, ut ipsum armatus sequatur, possintq. deinde penam de facto exigere seu exigi facere, que
fabrice palatii ap.lici Fulginae applicetur, et a premissis ratione consanguinitatis seu affinitatis nullus
valeat excusari aut se ...

Decernimus item, ac Statuimus et ordinamus ut numerus et Viginti pro tempore possint S.mi D. N. ac legati pro
tempore existentis ac aliorum R.morum Communitatis Protectores de rebus publicis et que Statum S.te Matris Ecc.e
Superiorumq. obedientiam, quietem civitatis, iustitie cultum et ipsorum officialium concernunt consulere et scri-
bere ... tradere liceat illis prout in dicto numero decretum fuerit, quecumq. visum fuerit scribere ad eosdem
sigillumq. communitatis ad libitum pro predictis uti. Prioresq. teneri quotiens a duobus vel tribus de dicto
numero fuerint illius nomine requisiti ad sigillandas quascumq. litteras et instructiones absq. eo q. sciat
requirant quid in illis contineatur, aut ad quem vel ob quam causam scribantur aut mittantur, et ad effectum
premissum sigilla tradere sub pena et ad penam Viginti quinq. ducatorum auri pro quolibet dictorum priorum
contrafacientem repugnantem et deficientem vel replicantem, quam penam totiens incurrant quotiens fuit contra-
factum et exigatur de facto absq. aliquo processu et applicetur camere ap.ce et de contrafactione re-
pugnantia dilatione vel replicatione credatur dictis duobus vel tribus de numero cum eorum iuramento
teneaturq. Gub.r vel Locumtenens pro tempore cum primum id illi fuit per predictos denuntiatum ...
exactionem pene predicte exigere sine officii ... expectato. Statutis privilegiis ...

indultis et consuetudinibus dicte civitatis dd. Priorum immunitate et officio, ac prerogativis loquentibus minime obstantibus:

Et quoniam facile evenire posset ut Viginti prefati pro mittendis nuntiis aut pro aliqua Executione contra bannitos exules et facinorosos aut alio aliquo officio eorum incumbente et publicam utilitatem concernente faciendo opus esset habere unam vel plures ex clavibus portarum Civitatis in die vel in nocte Decernimus Statuimus et ordinamus priores seu priorem dictas claves tenentes et servantes Teneri ad illas dandas et Tradendas quandocunque fuerint a dicto numero, ut premittitur requisiti seu requisitus sub pena predicta ducatorum Viginti quinque incurrenda exigenda et applicanda ut supra:

Decernimus item Statuimus et ordinamus Priorem seu Priores qui claves predictas dederint seu alicui commodaverint pro immissione in civitatem alicuius rebellis exulis aut banditi teneri ipso facto ad penas in capitulo suprascripto incipiente Ut delinquentibus et facinorosis contentas et in illo contentas:

Si quis aut ex Viginti predictis (quod absit) odio amore prece precio aut alio aliquo affectu in odium vel favorem alicuius aliquid ex his que in eorum numero et Concilio pro secretis Tractabuntur et deliberari et ordinari contigerit Revelaverit verbo litteris nuncio vel signis, aut aliquo alio modo revelaverit et de illis cum aliis quam cum illis de dicto numero et eius collegis locutus fuerit, periurii ac excommunicationis late sententie, a qua preterquam in mortis articulo non nisi a Smo D. N. vel a nobis et legato pro tempore existente et expressa causa absolvi possit, ac privationis omnium officiorum et perpetue infamie et inhabilitatis penas ipso facto incurrat careatque perpetuo omni privilegio et dignitate Civitatis:

Et ut delinquentibus et facinorosis ac precipue rebellibus S. D. N. homicidis, raptoribus Incendiariis, crassatoribus et Stratarum Ruptoribus omnis quoad fieri potest Comoditas et vivendi facultas adimatur ut ceteri exemplo perterriti abstrahantur a facinoribus et delictis, Statuimus decernimus et ordinamus quod in civitate comitatu et districtu fulginatensi nulli possint per communitatem Universitates, homines vel personas cuiuscunque qualitatis status gradus et conditionis fuerint receptari modo aliquo rebelles condemnati banditi seu exules ex causa criminali ultimi supplicii ipsius civitatis fortie et districtus, aut civitatum terrarum et locorum legationis nostre. Et si Communitas in hoc deliquerit ex decreto permissione aut Tacito vel expresso consensu incidat ipso facto absque aliquo processu vel sententia in penas Trium milium ducatorum auri camere apostolice applicandorum amissionis castrorum arcium comitatus et omnium privilegiorum feudorum et Immunitatum: Si vero civis Incola comitatensis aut alius quis fuerit cuiusvis qualitatis ut prefertur rebellionis confiscationis medietatis omnium bonorum privationis feudorum privilegiorum et officiorum quorumcunque ac exilii perpetui Tam ab ipsa Civitate comitatu et districtu quam ab omnibus locis legationis nostre penas incurrat ipso facto ut prefertur sitque et perpetuo infamis:

Si quis aut presumpserit prefatis rebellibus condemnatis et exulibus pro pena capitali, et si filius frater nepos aut alias consanguinitate vel affinitate coniunctus esset mittere aliquam subventionem aut subsidium in pecunia aut in aliis bonis et si essent ipsius rebellis condemnati et banditi incidat in penam dupli illius quod misisse reperiretur applicanda pro medietate Camere apostolice et pro alia Executori et facto exigendam:

Cupientes item quoad fieri deo bene adiuvante potest scandalis obviare et pacifico Statui Civitatis prospicere: Inhibemus omnibus et singulis cuiuscunque Status gradus et conditionis fuerint ne Collectas aut Conventiculas hominum facere presumant, nec audeant in domo alicuius ultra numerum quinque hominum congregari preterquam funeris aut nuptiarum causa [illegible] qui aut contrarium presumpserint Incidat in penam Viginti quinque ducatorum auri Camere apostolice applicandorum, in quam Teneatur Tam dominus domus in qua congregatio fiet, quam omnes et singuli congregati, Et si in congregatione illicita et conventiculis huiusmodi fuerit de nece unius vel plurium aut mutilatione membri aut membrorum alicuius vel de Tumultu aut Turbatione pacifici Status Civitatis Tractatum et ordinatum, quod omnes et singuli rebellionis et confiscationis bonorum penam incurrant ipso facto, licet non fuerit aliquid aliud consummatum aut ad actum proximum deventum: Scientes aut si qui [illegible] fuerint aut in ipsa illicita congregatione et conventiculis intervenerint, licet illi et Tractatui in eos non consenserint [illegible] Tam illam illicitam congregationem et conventiculam huiusmodi [illegible] seu locum [illegible] [illegible] incidant in eandem penam. Revelantes vero [illegible] ab omni pena liberi et exempti.

De Receptatore Bannitorum

Conventiculorum facientes

Contra homicidas.

Item Statuimus reformamus decernimus et ordinamus ad Tollen et exterminandum homicidiorum scelus, quod homicide omnes qui pro tempore suadente humani generis hoste, in dicta civitate, comitatu et districtu homicidium commiserint ultra iuris penas et confiscationis bonorum, demolitionis domorum nisi filiifamilias fuerint et perpetue infamie et inhabilitatis penas ipso facto incurrant et in illis per officiales ad quos spectat condemnari debeant.

Et quoniam parum esset huiusmodi condemnationes fieri et promulgari, nisi debite executioni demandaret Volumus et Mandamus quod officiales ipsi si id Gubernatori seu locumtenenti pro tempore existenti expedire videbitur dominos Priores et Viginti suprascriptos ad demolitionem domorum Invocent et requirant sub pena in capitulo suprascripto de eorum officio loquente, contenta: Et ipsi invitati accedere Teneant. Consanguinei quoque et proximiores homicide et qui ab intestato ei succederent, Teneantur infra duos menses confiscata bona et demolitionem domorum si demolitionem fieri contigerit redimere sub pena valoris illorum qua soluta nichilominus ad redemptionem predictam iuris et facti remediis compellant et cogant quibuscunque non obstantibus: liceatque Unicuique impune ipsos homicidas et pena capitali condemnatos offendere et interficere et ad manus curie deducere: Et si interfector fuerit pro aliquo homicidio, vel aliquo alio Crimine condemnatus ultra impunitatem, lucretur et absolutionem ab homicidio alio et delicto per ipsum commisso, et habita ab heredibus et proximioribus prius interfecti pace, aut illa petita, licet non obtempta, ad quam Superior possit et debeat illos cogere sub pena de qua ipsi videbitur: Et nihilominus illa non confecta ex Tunc ad pristinam honores famamque restituatur et restitutus censeatur Sententieque contra ipsum pro homicidio vel alio crimine late per eos ad quos spectat, cassantur et annullantur absque alia expectatione mandati seu rescripti: Qui vero non condemnatus homicidam vel damnatum ut supra, in fortiam curie perduxerit lucretur quartam partem ut supra confiscatorum: Patres vero homicidarum ad solutionem legitime ipso facto teneantur et cogi debeant: Et si indurati per duos menses solvere modo aliquo distulerint ad solutionem dupli, absque aliqua ulteriori mora cogantur.

Et ad hoc ut delinquentes nulla possint arte, vel ope alterius quam superioris et iustitie iuvari: Inhibemus Cancellario Notariis et aliis ad quos spectat, ne processus et condemnationes aliquas cassent nisi registrata prius supplicatione et rescripto a Tergo ipsius processus si spatium ad id sufficerit, sin in libro ad hoc deputato et intitulato registrum supplicationum qui liber sit in foliis numeratus et stampatus signo Communitatis: Et cancellarius possit pro registratura huiusmodi exigere quatrenos currentes decem et non ultra et ii ad quos spectat teneantur in cassatione facere mentionem per hec vel similia verba: Cassum de mandato superioris ut ex rescripto registrato libro supplicationum folio tali continetur. Et si aliter fecerint incidat in penam ipso facto privationis salarii illius mensis et teneatur ad solutionem pene in processu et sententia alter cassata contente si pecuniaria fuerit: Si vero corporalis extiterit Tunc plectatur pena arbitrio legati vel Gubernatoris aut locumtenentis imponenda, Et cancellarius prefatus et notarii maleficiorum ad quos spectat, libros condemnationum et registri huiusmodi de illis facere extractum seu bastardellum, Et ad omnem simplicem requisitionem Gubernatoris seu locumtenentis ostendere teneantur sub pena privationis officiorum de facto incurrenda electione et confirmatione, ac aliis in contrarium non obstantibus.

Insuper ut liberum sit officialibus et curie eorum officia exercere et exequi exequenda. Inhibemus omnibus et singulis cuiuscunque Status gradus et conditionis fuerint ne audeant vel presumant modo aliquo verbo iniurioso vel incitativo vel facto aliquem officialem in aliqua executione civili vel criminali impedire aut illi se opponere sub penis quatuor ictuum funis et viginti quinque ducatorum auri cameri applicandorum et de facto incurrendorum et exigendorum absque aliqua remissione vel gratia si facto, si verbo decem ducatorum auri et duorum ictuum funis et in filiis tenentur patres pro illis usque ad summam legitime et de tali impedimento et oppositione credatur officiali cum suo iuramento et uno teste contrariis quibuscunque non obstantibus: Si vero impedientes clerici aut religiosi fuerint penam privationis omnium beneficiorum ecclesiasticorum et inhabilitatis ad beneficia et ordines ipso facto incurrant.

Impedimentum prestantes officialibus exequentibus

Et quoniam in confectione Treuguarum seu pacis apponi consueuit q̄ principales pro se et suis con
sanguineis et affinibus usq3 in tertium gradum secundum ius canonicum computan(do) de no(n) offen
dendo se obligat et sub penis promittat, & interdum Treugue et pax hmoi per aliquem ex dcis
affinentib(us) seu per inaduertentiam aut in odium dci sui principalis, aut al(ia)s franguntur et uiolantur
& principales ad penam fractionis hmoi coguntur: Igr Cupientes prouidere ut Treugue et pax
hactenus confecte et que in futurum perpetuis futuris temporibus in dca ciuitate et eius comitatu et districtu
celebrari contigerit ab omnibus in illis tacite uel expresse contentis obseruentur: Et principales ipsi ex
delicto aliorum dammum non patiantur: Statuimus decernimus & ordinamus q(uod) omnes et singli consan
guinei seu affines aliquorum qui comprehenderentur in aliqua pace seu Treugua in dca ciuitate, siue eius
comitatu inter quascunq3 personas facta a tempore nri aduentus in dcam ciuitatem et que in futurum
fient pro quibus fuerit promissum per principales ipsius pacis seu treugue seu eorum fideiussores uel depo
sitarios sub quacunq3 pena in ipso pacis seu Treugue instro contenta, si contigerit q(uod) ipsi uel eorum
aliquis dcam pacem seu Treguam frangerent quouis modo teneat ad conseruan(dum) indemnes ipsos prin
cipales qui hmoi pacem seu Treguam fecissent siue eorum fideiussores uel depositarios ab omi et qcuq3
pena quam soluere cogerentur seu soluissent p(ro) ipsa pace seu Tregua per eos uel eorum aliquem rupta
et pro ipsa indemnitate intelligantur et sint bona ipsorum fractorum et ipsi fractores pro quantitate pene
solute per dcos principales aut eorum fideiussores seu depositarios, dummodo prius ipsis consangui
neis seu affinibus hmoi promissio in ipsa pacis seu Treguę confectione p(er) eis facta fuerit legitimae
intimata, que intimatio intelligat(ur) legitime facta si fiat uni ex familia dcorum comprehensorum
in pace uel in Tregua in communi in eadem domo degenti: Et si fractor dce Tregue seu pacis fuerit
filiusfamilias Teneatur p(ate)r pro filio, & auus p(ro) nepote, si prem non habuerit usq3 ad summam
& quantitatem legitime. Et predca intelligantur quando principalis predcus de fractura co
uenīretur qui nihilominus teneat cum primum de fractura contra ipm fuerit ceptum agi inti
mare dco fractori saltem domi solite habitationis si aliter hri non poterit ut ueniat ad defen
siones suas si quas het cum ipsa intendat ab eodem indemnis releuari iuxta formam p(rese)ntis
Constitutionis

In omnibus autem alijs casibus in p(rese)ntibus nris non expressis Confirmamus Statuta ipsius
Ciuitatis decreta et reformationes Superiorum Predecessorum nrorum dummodo iuri consona sint
et premissis nris in aliquo modo non obuient uel contradicant, quo casu illis per p(rese)ntes esse dero
gatum decernimus & declaramus.

Et ut p(rese)ntes nre ad omnium notitiam deueniant ac legi et continue hri possint: Mandamus
illas statim per Cancellarium Communitatis sub pena priuationis officij in Volumine statutorum
ipsius ciuitatis fideliter registrari et ad illarum obseruationem Priores Iuramento in ingressu officij
prestando astringi et ut curent pro posse ut ille seruentur originalesq3 nra manu subscriptas
& sigillo munitas in Archiuio Communitatis perpetuo seruari, ne modo ullo uariari uel amitti
possint: Prefatusq3 Cancellarius nihilominus in primo Consilio Generali illas legere et materno
sermone exponere teneat(ur) sub dca pena ut ad omnium notitiam deueniat: Datum Fulginie
die xxv Aprilis. M. D. xxj.

Ita decernimus: Statuimus: Reformamus: ordinamus: & Mandamus. Sil. Car. Cortonen.
Legatus.

Cynthius Phylonardus.

Et Ego Iohannesbaptista petri Iohannis ex Comitibus de Fulginia publicus ap(osto)lica auctoritate
notarius et iudex ordinarius necno(n) Cancellarius et notarius Reformationum Mag(nifi)ci

Q. Mulier ante Ingressum
facien. per eam pro Mo
nial. in aliquod Monaste
rium possit Donationem
facer. de bonis suis pri uel
Matri ipsius & Aliis qb.
ei placuit: R. CC. XXXXVIIII
sine sollennitat. al. requisit. p. Stat.m

Item In quodam statuto communis
cum contineri dicat. q. Nulla donatio
fiat seu fieri possit p. aliquam persona
a viginti libris supra nisi certa forma
Tradita per formam alicuius statuti
seruata Idcirco dicimus et ordina
mus q. capitulum statuti predicti
sic continentis se no extendat / nec
locum habeat eo casu q. si aliqua Mu:
lier intrauit aut intrare uoluerit pro
Monial. in aliquod Monasterium dona
tionem de bonis suis facer. possit &
Bona sua donar. pri uel matri ipsius
mulieris donantis. Et Ipsa donatio per
eam sic facta uel facienda valeat
& Teneat dco cap.o statuti cois de q.
sup. fit mentio seu alio quocumq.
loquent. in co.rium no obstant.: &
predca vendicant s. locum in pnti.
preterito / & Futuro & in Donationib.
sic Iam factis p. mulieres predictas
Item q. dca mulier quandocumq.
ante ingressum predictum possit
dca sua Bona in totum ut in parte
donare prout s. placuerit Patri: Matri:
Filio uel Filiis / aut filiab. Fri
ul. Fratrib. sorori. aut sororib.
suis Carnalib. Nepoti aut Nepotib.

sexis carnalib aut alteri corp pro
ut s placuerit et videbitur fa
ciendum Et posito q nō habē
rēt Aliquem uel Aliquam ex
predictis Possit dcā Mulier
an Ingressum predictum Ipsa
sua Bona in totum ut in parte
donar et instrumentū facere
Donationis cuiuscumque s placuerit
ET Ipsa donatio seu donationis
dcō modo et tempore fact et
facta valeant et teneant et
semp plenam habeant roboris fir
mitatem capto aliquo statuti
tum pp̄ti q lois an uel retro
posito quod in contrarium loqueretur
nō obstante. ITEM si aliqua fa
suum condiderit Testamentum
seu aliā quācumque ultimā volun
tatem et in ipso suo Testamento
suis aliaquacumque sua ultima vo
luntate Aliquid de suis bonis in
totum uel in partem alicui relique
rit (ut puta) Pater seu mater
Filio seu filiis aut Filiabus et
econverso Frater fri seu frib et
Soror sorori qa ex dcō legato
seu relicto uel legatis dcīs mō
factis Gabella aliqua nō sol
uatur

aliquo consilio aliquam propositam
facere sine expressa licentia et pmia
deor. D. prior. & confaloneriy po
puli predicti Et si aliter fieret id
quod fieret no ualeat ipso iure sed
ex nunc pro casso irrito habeatur
Possint supradicti PRIORES
ad uoluntatem pmia et deliberatione
semper confalonerii iustitie et no aliter
uel alio mo congregare et congregari
facere Consilium gnale et spale
& Rector. artium cois et ppli dce
Ciuitatis simul et diuisim ut eis ui
debitur et fuerit opportunum, et quo
tiens et quando eis uidebit conueni
re et in ipsis consiliis, et qlibet ipsor.
pponere et reformare. Et quando
in ipsis obtenta fuerint ualeant
& teneant, et plenam obtineant ro
boris firmitatem ac si facta fuissent
in quibuscumque consiliis ciuitat. pdict.
ad buxulas et pallutras nemine di
scordante. Dummodo confalonerius
supradictus semper teneatur uidere
& audire ipsas ppositas et ipsis
consentire et q admictere si si
uidebitur queuit. & si aliter
fieret no ualeat nec Teneat, nec
aliquo mo roboris firmitatem
IUBEMUS Insuper dictos
Priores proponi nec proponi fa
cere nec permictere qd pponatur
durante eor. officio aliquod fac
tum proprium ipsor., Nec alterius
eor. uel qd ipsos aut aliquem
ipsor. tangat. VOLUMUS
Insuper qd Baiuli supradictor.
Dominor. prior. habeant de
Pecunia dict. cois p quolibet

Ipsor. Baiulor. x s den. p qlibet
eor. annuatim s uno caputeo seu
semper in capite ipsor. ad arma &
insignia ppli dce Ciuitat. Qui quidem
Baiuli uocent et nominentur Baiuli
Prior. ppli Fulgin. POSSINT &
Dicti Priores eligere, uocare ac mictere
Ambaxiatores quotiens et qn p factis
Dicti communis fuerit opportunu
IURENT insuper supradicti Domini
Priores ante eor. officium p die ipsor.
officy in consilio ppli dicte Ciuitatis
PROIBEMUS Insuper dcos dnos
Priores posse cognoscere de aliq qstione
ul qstionib. ciuilib. uel Criminalib.
dumtaxat exceptis de questionibus
que essent inter aliquas personas occ
alicuius Datiue siue impositi facte tam
p coe fulg. qz per consules alicuius
Sotietatis, aut Homines seu sindicos
alicuius ville seu loci ciuitatis &
Districtus fulgin. Et supra quolibet
Grauamine qd inferret alicui psone
p aliquem consulem sue artis seu
Consules alicuius Sotietatis, uel sindici
Alicuius sindicatus Comitatus Fulgin.
Item uolumus qd dicti priores ppli qui
p tempore fuerint semper habeant uoce
in statutis ppli faciendis sicut alij
statutarii statuti ppli et sint et esse
debeant de statutariis supradictis
Itemqz dicti Priores p eor. cons.
habeant omnes illos qui fuerint
Hactenus ad officium priorat. dci
ppli & qui erunt in futuro tempore
In quo quidem cons. supradicti dni
Priores seu alter ipsor. de consensu
& uoluntate aliorum collegar. eius
possint proponere et reformare et ordi-
nare cum pmia consensu et uoluntate
dci confalonerii ET Reformationes
que fierent in ipso consilio & per

Ipsu consilii valeant, et teneant et ple
nam obtineant roboris firmitatem
acsi reformatum esset in cons.o popli
dcte ciuitatis, et quolibet alio consilio
Jurisdict. hntm nemine discordante
et omnes reformationes que fierent
in ipso cons.o et per dictum potestatem et capitm
et quilibet alius officialis dicte ciuitatis
teneant, et debeant vinculo iur.ti et
priuationis ipsorum officii et pena 500
librarum den. de cort. sal.o et cuilibet
ipsorum auferendorum executioni man
dare, put dictorum dnorum priorum pro
eorum uoluntate, non obstante quod partitu
factum non esset ad buxulas et palluctas
Et sufficiat ad predicta si maior pars
predictorum qui fuerint uel erunt ad
dictum officium porratus fuerit ad
dictum consilium congregatorum: ITEM
DICIMUS et ordinamus quod
supradictus confalonerius et capit.s
partis guelfe populi ciuitatis fulgin.
possit per se tm quandocumque sibi vi
debitur congregari, et congregari facere
consilium quodcumque uoluerit ET in
ipso cons.o quod congregabit aut congre
gari fecerit, proponere et reformare, Et
ipse propositiones et reformationes
valeant et teneant: et habeant plena
roboris firmitatem acsi facta essent
in cons.o populi et rectorum Artium et
in quolibet alio cons.o dcte ciuitatis ad
buxulas et palluctas sollte nemine
discordante:

QUOD DNUS EPUS FULG.
ET EIUS FAMILIARES ET
CLERICI BENEFITIATI TRAC
TENTUR UT CIVES R. CCXXXII

ITEM dicimus et ordinamus quod dictus
Epus fulginn. cum tota sua familia et
omnes clerici habentes beneficia in
ciuitate et dioc. fulginn. habeant

pro ciuib. ET Sicut ciues fulginates
tractentur datia, et collectas sol
uentes:

QUOD DNO EPO FULGIN.
ac ipsius sindico et procura
tori fiat iustitie complementum
R. CCXXXIII

Item dicimus et ordinamus ad hoc
ut dictus epus fulg. ualeat iura
ipsius episcopatus manutenere et
occupata inlicite recuperare et quod
parcat laborib. et expen. illis cum
quib. facere hat uel habebit in posterum
quod potas et cap.s et omnes alii officiales
ciuitatis fulg. faciant ipsi dno EPO
ac sindico et procuratori ipsi et
cuilibet eorum iustitie complementum
simpliciter et de plano, sine strepitu et
figura iudicii non obstantib. aliquib.
ferius ad honorem dei indictis ordinatis
uel in posterum ordinan. ac ferus messium
et vendemmiarum dumtaxat exceptis

QUOD Potestas et Alii officiales
ciuitatis fulginn. exhibeant
bracchium seculare domino
EPO FULGIN. CCXXXIIII

Item dicimus et ordinamus quod potas,
cap.s et alii officiales ciuitatis fulgin.
teneantur et debeant exhibere bracchium
suum seculare contra quoscumque inobedientes
et rebelles ipsius dni epi ut eius
officiales et maxime clericos capiendos
et ducen. captos ad carcerem dicti
dni EPI et eos incarcerari ad re
quisitionem ipsius d. epi uel eius

Officialis quotienscumque & quandocumque requisiti fuerint predicti Potestas & Capitaneus et eorum officiales vel alter eorum per ipsum D. episcopum vel eius officiales qui nunc vel pro tempore fuerint. Et si dictus D. episcopus vel eius officiales vellent quod supradicti inobedientes ponerentur in carcerem communis Fulginei Potestas Capitaneus et officiales superius nominati Ipsos Tales inobedientes & rebelles in dicto carcere Communis Fulginei teneantur ponere, et recludere et Eos et ipsorum quemlibet & in dicto carcere teneri & custodiri facere, Ita quod ex ipso carcere nullo modo exire possint absque licentia et voluntate ipsius Domini episcopi vel dictorum suorum officialium Et insuper teneantur Ipsos sic carceratos ad requisitionem ipsius D. episcopi vel dictorum suorum officialium de dicto carcere emictere & exhaurire prout et quotiens et quando ipsi D. episcopo vel eius officialibus videbitur quemlibet Et eosdem Potestatem: capitaneum & eorum officiales vel alterum ipsius vel ipsorum duxerit requirendum vel Requiri faciendum :-

De pecunia civitatis Fulginie per camerarium expendatur ~ ccxxxv

Item dicimus et ordinamus ad infectorum suspitionem et suspitionis materiam removendam quod singuli Priores qui pro tempore fuerint vinculo Iuramenti quandocumque eis ac confalonerio Iustitie placuerit Teneantur et debeant eligere et vocare Duodecim Homines de civitate Fulginei Bonos et legales & utiles pro communi Quorum omnium xii consilio et deliberatione facta ad Buxulas & palluctas vel saltim duarum partium prout camerarius communis Fulginei expensas facere de pecunia ipsius communis expendere simul usque in quantitate xxv librarum denariorum tantum ad plus et ab inde supra. xxv vero librarum denariorum supra non possit nec debeat de pecunia ipsius communis una vice seu simul expendere absque declaratione consilii populi vel communis dicte Civitatis aut consilii Illorum qui fuerunt & erunt ad offitium prioratus populi dicte Civitatis prout Priores populi Fulginei qui pro tempore fuerint, & Confalonerius eiusdem populi eligere et nominare voluerit vel maioris partis unius ex dictis consiliis facto ad Buxulas et palluctas: PRIORES autem qui pro tempore fuerint in die festi Beati FELITIANI prox venturi vel sequenti sex una cum confalonerio antedicto supradictos xii Homines sacramento teneantur & debeant eligere et vocare Officium autem Ipsorum Duodecim duret & tempore officii Priorum qui eos elegerint & non plus & ad dictum officium dicti xii nec Aliquis ipsorum non possit eligi nec Reasumi usque ad sex menses completos computandos a die officii ipsorum finiti vel ipsius complementi. ET si eligerent vel reasumerent ipsi vel ipsorum aliquis quod per ipsos vel ipsum fieret non valeat nec teneat auctoritate presentis capituli Et expensis factis per Priores et camerarium supradictum de pecunia ipsius Communis servatis modo et ordine & forma

predcis pro necessariis & utilibus expensis dicti cois admictuntur & penitus habeant. ALITER uero facte q̄ mo et forma predictis q̄cu(m)q(ue) sint pro damnosis et inutilib(us) ipsi coi omnimo habeantur: & ad ipsaru(m) expensaru(m) factaru(m) refectionem ipsi Priores et cam(er)arius quoru(m) tempore fierent penitus teneantur. DE predicis aut uel aliq(ui)s predictoru(m) per priores & confalonerium uel ipsoru(m) aliquem pro uideri no(n) possit nec aliq(ui)s prouiso fieri & si aliqua prouiso fieret no(n) ualeat ipso iure aucte p(rese)ntis capitu: INSUPER Deliberationes et Reformationes que fuerent seu fieret per supradictos .xii. uel aliq(ui)d ex supradictis consiliis scribi debeant per not(aiu)m reformationu(m) cois fulg(inei) in uno libro in quo alia scribantur Qui Not(arius) teneat & debeat sacramento eadem die qua fuerit reformatio de predictis dare seu prestare libru(m) in q(uo) ipsa reformatio apparebit scripta notarius cam(er)ae ut ipsi camerarius penes se copia(m) h(abe)at ad hoc ut causam ignorantie no(n) pretendat Possit et et debeat cam(erariu)s qui pro tempor(e) fuerit ipsis consiliis & reformationib(us) penitus interesse Toto t(em)p(o)re sui officij no(n) obstante q(uo)d dictum est sup(ra) in p(rese)nti capitu. EX pensas uo necessarias et opportunas p(er) Ambasiatorib(us) exploratorib(us) nuntius & operarius qui erunt ad operam cois ipsi Priores et cam(erariu)s facer(e) possint aliq(ui)s no(n) obstante q(uo)d pro expensis ne cessariis, legitimis et opportunis dco Communi penitus computent

DE PACTIS OBSERVANDIS PER MAGISTROS LIGNAMINIS ET LAPIDUM: C(apitulum) Rx CCXXXVI

Item quia Fabri lignaminum & lapidu(m) magni ciuitatis fulg(inei) et districtus ordinamenta inter se mono poly p(ro)hibita contra publicam utilitatem inuenimus in eoru(m) cartulariis et sotietatib(us) et ordinib(us) posuisse ipas cassantes p(rese)nti lege Firmamus: Dicimus & ordinamus q(uod) Nullus dictaru(m) artium audeat uel prosumat postq(ua)m alicui suas operas locauerit uel laborerium seu opus aliquod alicui facere promisit in alio opere laborare donec perfecerit opus q(uo)d primo facere p(ro)misisset, si hij qui magisterium dictaru(m) artium uel alterius ipsoru(m) conduxerint necessaria operi efficiendo parata continuo habuerint. Et siquis dictaru(m) artium in predictis uel aliquo predictoru(m) inuentus fuerit in aliquo contra facere p(er) potestatem Ciuitatis fulg(inei) puniatur in libris .25. den(ariorum): p(ro) Comi cois fulginei applican uice qualibet: & nihil ominus p(er) eumdem opus p(ri)mo conductu(m) perficere omni fraude remota compellatur in p(er)sona & rebus, saluo q(uod) si dominus operis no(n) habuerit necessaria ad laborandu(m) . . . . locator ad penam predicta(m) nullatenus Teneatur,

DE PRESTANTIIS IMPONENDIS. Rx CCXXXVII

Item cum varie et diuerse expense occurrerint subito fieri multotiens p(er) Communi fulginei et maxime in eo tempore in quo in ipso Coi pecunia no(n) habetur. Idcirco statuimus et p(rese)nti lege firmamus q(uod) priores p(o)p(u)li Ciuitatis fulg(inei) presentes & qui pro tempore fuerint possint teneantur: & debeant: auctoritate

presentis Cap. Et eis liceat cum illis per
sonis quas eligere et habere voluerint
prestantias imponere quibuscumque
personis de Civitate predicta eiusque
districtus et etiam aliunde voluerint
et in quibuscumque pecuniarum summis
voluerint, nominaverint: seu manda
verint: Et singule persone de dicta
Civitate et eius districtu et etiam aliunde
quibus imposite fuerint dicte prestantie
teneantur et debeant ipsas solvere incon
tinenti postquam eis per ipsos priores seu
ex eorum parte mandatum fuerit, et
quotienscumque et quandocumque ad penam
et bannum 50 librarum denariorum
pro quolibet: Et quod bannum ipso
facto incurrant si prestantias pre
dictas solvere contempserint, Et quod
potestas et Cap. dicte Civitatis fulginei
et ipsi priores et quilibet ipsorum
Et quilibet alius officialis Civitatis
eiusdem teneantur et debeant in virtute
iuramenti et pena 500 librarum denariorum
de facto penas ipsas tollere pro com
muni: Et nihilominus ipsas prestan
tias exigere et exigi facere cum
effectu pro dicto communi Et quod
ipsi potestas Cap. ac etiam alii officiales
non possint nec debeant sindicum
sindicationem de predictis, sed ipso facto
auctoritate presentis Cap. sint totaliter ab
soluti. Dummodo supradicta fiant
de consensu et voluntate Confalo
nerii dicti populi Et hoc capitulum
sit precisum et validum Cui nullum
aliud capitulum tam populi quam Communis antiquo
vel novo positum contradicat vel
possit in aliquo derogari:

DE REBUS LITIGIOSIS
NON EMENDIS
R CCXXXVIII

Item ad evitandum turpem contractum
litium redemptionis Dicimus et ordina
mus quod nullus advocatus vel procu
rator seu persona alia Cuiuscumque
Conditionis existat audeat vel pre
sumat emere vel alio modo sive
titulo cause iuris, et recipere seu recipi
facere ab aliqua persona aliquam
rem litigiosam, et intelligatur liti
giosa si de ipsa re esset ut fuerit ab
uno anno citra aliqua lix seu questio
inter quascumque personas ad penam 200
librarum denariorum et quod occasione cessionis
seu venditionis sibi facte a quocumque
vel quocumque titulo alio. Talis
Cessionarius vel emens non possit nec
debeat agere seu experiri, nec petere
vel peti facere contra aliquam personam
universitatem vel locum, nec aliqua
tenus audiatur in iure Sed ipso facto
teneatur et debeat ad penam predictam
dare ius cessionario vel alio titulo
danti vel concedenti restituere sine aliquo
pretio, Et nihilominus Talis recipiens
seu recipi faciens patrocinium prestare
non possit, nec procurationem facere
in aliqua Causa Communis fulginei nec audiatur
per aliquem officialem dicti Communis
in annum a die receptionis predicte
pena centum librarum denariorum Communi
fulginei applicanda:

DE PEDAGIO NON EXI
GENDO PER ALIQUAM
PERSONAM IN ALIQUO
IURISDICTIONIS COMMUNIS FULGI
NEI NISI EXIGANTUR PRO COMM
UNI PREDICTO R CCXXXVIIII

Item Dicimus et ordinamus quod
nulla persona Cuiuscumque Conditionis

Et status existat audeat uel
assumat in aliquo loco iurisdic
tionis seu districtus ciuitatis sul
timei colliger uel exigi aliquod
genus pedagij ab aliqua persona
nisi tantum pedagium ipsum colligent
et exigent pro comuni dicte ciuitatis
pena et banno centum librarum
denariorum pro qualibet vice imponi
per potestatem seu capitaneum dic
te ciuitatis dicto contrafacienti debeat con
demnari persona predicta contra
faciens in predictis. Et si dictum
bannum aut condemnationem non
solueret aut soluere nollet possit
a qualibet persona realiter et personaliter
in ipsum impune offendi. Sed
capi et inuinari. Et siquis
asseruerit uel pretenderit ius
habere posse pedagium colligere
et exigere, et colligi et exigi
facere in aliquo loco iurisdictionis
comunis predicte ciuitatis teneant
et debeant eorum iura ostendere
et exhibere regiminis et officia
alibus dicte ciuitatis. Et si ex ipsis
iuribus sic ostensis et exhibitis consta
bit dictum pedagium posse colligi
et exigi teneant et debeant tales
dicta iura habentes scilicet dictum
pedagium colligere et exigere et
colligi et exigi facere et assigna
ri potestati et capitaneo et eorum offi
cialibus confinia terrem in quibus
eis licitum dictum pedagium per
colligere et exigere. Quibus con
finibus assignatis et terminis dictis
potestas et capitaneus et quilibet eorum
teneantur et debeant conserue
supradictorum iura [illegible] dicti
pedagium posse colligere et exi
gere et colligi et exigi facere ad
promittendum [illegible] et ad dan
dum et prestandum idoneos fide
iussores comunium predicte [illegible]
si aliquod maleficium seu rob
baria conmicteret in futurum uel fu
isset comissum a x annis citra
quod conuenuarunt indemne comune fuls
et omnes speciales personas con
tulit. Et penas et banno que
euenissent uel euenire possent
[illegible] robbariis et malefi
ciis [illegible] aliis iniuriis et ex
cessibus quibuscumque. Et potestas et
capitaneus et quilibet eorum uinculo
iuramenti et pena 100 librarum denariorum
in quibus si fuerint negligentes
comuni predicte per sindicum
et rationatorem ipsorum de
beant penitus condemnari et
teneantur et debeant contenta in
hoc capitulo facere adimpleri et
executioni mandari.

DE ADIUTORIO EXHIBENDO IN OPERE MAIORIS ECCLESIE [illegible] [illegible]IIE [illegible] CC XXXX

166r

Feligno tris

IECCOQ

Dice mihi quis facto

domine dic mihi placent homines et deos q 71

[illegible] homines Tauros carnea [illegible]

Verbis ligant homines Tauros Cornua

A di 27 de dicembre 1540
fu[illegible] io nicholo
Bernabo da Folig[illegible] astanza
del governatore [illegible] 15

Die 8 9bris 1567
Exhibit. et product. p[illegible] [illegible] procurat. Paulotij et Herculis de [illegible] [illegible] [illegible]

Capitulis statuti [illegible]

Omnes statutum

[illegible] benedictus

In nomine domini

Dominus Bat[illegible] Brad[illegible]

Marchantonio Giallo

Ciuitatis firmi sappiate Come [illegible] questo [illegible]
[illegible] [illegible] sesi missi straordinarie [illegible] [illegible]
1523 [illegible] nitti p[illegible] iportar [illegible] [illegible]
[illegible] poy me [illegible] sappiate queste ch[illegible] scripto [illegible]
[illegible] fate [illegible] nosiate fato piasevole como soluto questo scripto p[illegible] memoria
[illegible] ch[illegible] tenere p[illegible] officiale [illegible] altre abbiate [illegible] quel ch[illegible] fate



120

signum mei [illegible] nota publicus

… sincera da [illegible]

De alienati[illegible]

De alienatio[illegible]